tis sororibus, non solum insulas habere se, sed etiam
gladios minabatur. Pr̄etorium uirum ex secessu Ana-
ticyræ, quam ualeitudinis causa petierat, propagari
Propaga- sibi commeatum s̄epius desiderantem, cūm manda-
re, & pro- set interim, adiecit, necessariā esse sanguinis missio-
ducere, si ue, & ferre
+ Al. pro- nem, cui tamdiu non + prodesset helleborum. Decis-
fuisset. mo quoq; die, numerum puniendorum ex custodia
subscribens, rationem se purgare dicebat. Gallis,
Gr̄ecisq; aliquot uno tempore condemnatis, gloria-
batur Gallogr̄eciam se subegisse.

NAtrocia ac dira eius facta. CAP. XXX.

On temere in quenquā, nisi crebris & minu-

tis istis

tis ictibus animaduerti passus est, perpetuo, notoq; iam præcepto ita fieri, ut se mori sentiat. Punito per errorem nominis alio, quām quem destinauerat, ipsum quoq; paria meruisse dixit. Tragicum illud subinde iactabat:

Oderint, dum metuant.

Sæpè in cunctos pariter Senatores, ut Seiani clien-
tes, aut matris, ac fratrum suorum delatores inuestus
est, prolatis libellis, quos crematos simulauerat, de-
fensaq; Tiberij sauitia, quasi necessaria, cum tot cri-
minantibus credendum esset. Equestrem ordinem ut
scene, arenæq; deuotum assidue proscidit. Infensus
turbæ fauenti aduersus studium suum, exclamauit;
Utinam P.R.unam ceruicem haberet. Cumq; Tetri-
nius latro postularetur, & qui postularent, Tetrini-
os esse ait. Retiarij tunicati quinq; numero grega-
tim dimicantes, sine certamine ullo totidem secutori-
bus succubuerant; cum occidi iuberentur, unus resum-
pta fuscina, omnes uictores interemit. Hanc ut cru-
delissimam cædem & defleuit edicto: & eos, qui spe-
ctare sustinuerint, execratus est.

Retiarij. Fuit genus luctæ, in quo fuit retiarius gladiator: qui rete immittebat, aliis vocabatur se-
cutor, qui conabatur uitare rete.

Fuscina.) Telum tridens est, quo capiuntur pisces,

Eiusdem querela contra suorum temporum
sælicitatem. CAP. XXXI.

Queri etiam palam de conditione temporum suorum solebat, quod nullis calamitatibus publicis insignirentur. Augusti principatu clade Varia na: Tiberij, ruina spectaculorum apud Eidenas memo rabilē factum, sui obliuionem imminere prosperita- te rerū, nō solū te rerū. Atq; identidem exercitum cedes, famem, pe- hominis. silentiam, incendia, hiatum aliquem terræ optabat. Crudelitas eius in ecenis, ludis, spectaculis, & sacrificijs.

CAP. XXXII.

Animum quoq; remittenti, ludoq; & epulis de dito, eadem dictorum, factorumq; sauitia a- derat. Sèpè in conspectu prandentis, uel comessantis serie questiones per tormenta habebantur. Miles Decollare decollandi artifex quibuscumq; è custodia capita am- eriā apud pugnabat. Puteolis dedicatione pontis, quē excogitau- Senecam. ab eo significauimus, cū multos è littore inuitasset ad se, repente oēs precipitauit. Quosdam gubernacula apprehendenteis, contis, remisq; detrusit in mare. Ro- me publico epulo scrum, ob detractam lectis argen- team laminiā carnifici confessim tradidit, ut manibus abscis̄is, atq; ante pectus à collo pendentibus, præce- dente titulo, q; causam pœnæ indicaret, per cœtus epua lantium circunduceretur. Mirmillonē è ludo rudibus secū batuentem, & sponte prostratū confudit ferrea fīca, ac more uictorum cum palma discurrit. Admota poparū. altaribus uistima, succinctus † pomparum habitu, cla- to al-

to alte malleo, cultrariū mactauit. Lautiore cōuinio ^{mauult Eq}
 effusus subito in cachinnos, Coss. qui iuxta cubabant,
 quid nam rideret, blandē quærentibus: Quid, inquit,
 nisi uno meo nutu iugulari utrūq; uestrū statim posse
 Apelles per eum flagellatus, & alia eius gesta.

CAP. XXXII.

Intr uarios iocos, cùm assistens simulachro Iouis
 Apellem tragœdū consuluisse, uter illi maior ui-
 detur, cunct antē flagellis discidit, collaudans sub im-
 de uocem deprecantis, quasi etiam in gemitu prædul-
 cem. Quoties uxor, uel amiculæ collum exosculare-
 tur, addebat: tam bona ceruix simulacru iussero, deme-
 tur. Quin & subinde iactabat, exquisitum t semel

^{+ AL. se uel}
 fidiculis,
 accipitur
 hic p. chor-
 dis, est em
 parua ci-
 thara. Est
 quoque a
 strum, qd
 uocat uel
 Lyra uel
 fidiculam.

Malignitas & superbia eius contra omnes.

CAP. XXXIII.

Nec minore liuore ac malignitate, quam super-
 bia saevitiae; penè aduersus omnis æui homi-
 nes grassatus est. Statuas uirorum illustrium, ab Au-
 gusto ex Capitolina area propter angustias in Mar-
 tum campum collatas, ita subuertit, atq; dissecit, ut
 restitui saluis titulis non t ualuerint. Vetusq; post-
 hac uiuentium cuiquam usquam statuam aut imagi-
 nem, nisi consulto se & autore poni. Cogitauit eti-
 am de Homeri carminibus abolendis. Cur enim sibi
 non licere dicens, quod Platoni licuisset, qui eum è-

^{+ AL. potu}
 erint.

274 C. SVETONII TRANQ.

civitate, quam constituebat, ciecerit. Sed et Vergilius,
 & T. Luui scripta, et imagines, paulum absuit, quin
 ex omnibus bibliothecis amouerit: quoru alterum,
 ut nullius ingenij, minimaq; doctrinae, alterum ut uer
 bosum in historia, negligentemq; carpebat. De iuris
 quoq; consultis, quasi scientiae eorum omnem usum
 aboliturus saepe iactauit, se (meherc) effecturu, ne
 Ali. cum quid respondere possint prater t̄ equum.

Item inuidia eius contra omnes. CA P. XXXV.

Vetera familiarum insignia nobilissimo cuique
 ademit: Torquato torque, Cincinnato cri
 nem: Cn. Pompeio stirpis antique, Magni cognomē:
 Ptolemæum, de quo retuli, & accersitum ē regno, &
 exceptum honorificè, non alia de causa repente per
 cussit, quām quod edente se munus ingressum specta
 cula, conuertisse hominum oculos fulgore purpureo
 abollæ animaduertit. Pulchros & comatos, quoties
 sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat. Erat E
 sius Proculus patre primipilari, ob egregiam corpo
 ris amplitudinem, & speciem & colosseros dictus.
 Hunc ē spectaculis detractum, repente & in arenam
 deductum, Thraci, & mox hoplomacho, compara
 uit: bisq; uictorem cōstringi sine mora iussit: & pan
 nis obſtum uicatum circunduci, ac mulieribus ostend
 di, deinde iugulari. Nullus deniq; tam abiectæ condi
 tionis, tamq; extreme fortis fuit, cuius non commo
 die

Fortè co
loſſeos.

dis obrectaret. Nemorensi regi, quod multos iam annos potiretur sacerdotio, ualidiores aduersarii subornauit. Cum quodam die mulieris, eisdem dario Porio, ob prosperam pugnam seruum suum manumittenti studiosius plausum esset, ita se proripuit è spectaculis ut calcata lacinia togæ, præcepis per gradus iret indignabundus, & clamitans, dominum gentium populum ex re leuisima plus honoris gladiatori tribuentem, quam consecratis principibus, aut præsentis si-
bi.

A b o l l æ . Erat uestis genus abolla, quo uteban-
tur philosophi, milites, & qui peregrinabantur. E-
rat etiam senatorium uestimentum.

H o p l o m a c h o . ὁ πλομάχος qui armis pugnat mu-
nitus, à μάχομαι & ὅπλος fit dictio illa.

Luxuria et libido eiusdem.

C A P. XXXVI.

Pudicitæ neq; suæ, neq; alienæ pepercit. Mara-
cum Lepidum, M. Nestorem Pantomimū, quos-
dam obsides dilexisse fertur, commercio mutui stu-
pri. Valerius Catulus consulari familia iuuenis, stu-
pratum à se, ac latera sibi contubernio eius defessa,
etiam uociferatus est. Super fororum incesta, & no-
tiissimum prostitute Pyrallidis amorem, non temerè Super, p
ulla illustriore foemina abstinuit, quas plerunq; cum pro ferè
maritis ad coenam uocatis, præterq; pedes suos tran-
scuentes diligenter, ac lenè, mercantium more confi-

derabat, etiam faciem manu alleuans, si que pudore
submitterent. Quoties deinde libuisset, egressus tri-
clinio, cum maximè placitam seuocasset, paulò post
recentibus adhuc lasciuie notis, reuersus uel lauda-
bat palam, uel uituperabat singula, numerans bona,
malae corporis, atq; concubitus. Quibusdam, absen-
tium maritorum nomine, repudium ipse misit, iusitq;
in acta referri.

Luxuria eiusdem in cenis, balneis, edificijs,
& alijs operibus. CAP. XXXVII.

+ Al. nepo
tatus. **N**epotinis sumptibus omnium prodigiorum
ingenia superauit, commentus nouum balnea-
rum usum, portentosissima genera ciborum, atq; cœ-
narum, ut calidis, frigidisq; unguentis lauaretur; pre-
tiosissimas margaritas aceto liquefactas sorberet: co-
uiuijs ex auro panes, & obsonia apponeret, aut fru-
gi hominem esse oportere dictitans, aut Cæsarem.
Quin et nūmos non mediocris summae è fastigio ba-
silice iulia per aliquot dies sparset in plebem. Fabri-
cauit & de cedris liburnicas gemmatis pupibus,
uerficoloribus uelis, magna thermarum, & porticu-
um, & trieliniorum laxitate, magnaq; etiam uitium
& pomiferarum arborum uarietate, quibus discun-
bens de die inter choros ac symphonias, littore Cana-
panie peragraret. In extreunctionibus præteriorum

atq; villarum omni ratione posthabita, nihil tam es-
ficere non concupisebat, quam quod posse effici ne-
garetur. Et iacte itaq; moles infesto ac profundo ma-
ri, excisa rupes durissimi silicis, et campi montibus
aggere & quat, & complanata fossulis montium iu-
ga, incredibili quidem celeritate, cum more culpa
capite lucretur. Ac ne singula enumerem, immensas
opes totumq; illud Tiberij Cæsaris, uicies, ac septies
millies H.S. non toto uertente anno absumpfit.

Vertente
anno, pro
finito, si-

Nepotinis.) Nepotari est in omni luxuriae gene- cut in eum
re uiuere, & ab illo uerbo deducit nepotatus, quā- te.
obrem & ego sic legendum existimo.

Rapina, & extorsiones eiusdem.

CAP. XXXVIII.

Exhaustus igitur, atque egens, ad rapinas con-
uertit animum, uario & exquisitiſſimo calun-
niarum, & actionum, & uectigalium genere. Negas-
bat iure ciuitatem Romanam usurpare eos, quorū
maiores sibi, posterisq; eam impetrassent, nisi filii ef-
sent. Neq; enim intelligi debere posteros ultra hunc
gradum. Prolataq; diuorū Iulij & Augusti diploma-
ta, ut uetera & obsoleta deflebat. Arguebat & per-
perā editos census, & quibus postea quacunq; de
causa quicquam incrementi accessisset. Testamenta
primipiliarum, qui ab initio principatus Tiberij,

S 4 neq;

neq; illum, neq; se hæredem reliquissent, ut ingrata
rescidit. Item cæterorū, ut irrita, & uana, quoscunq;
quis diceret hærede Cæsare mori destinasse. Quo me
tu iniecto, cùm iam & ab ignotis inter familiares, et
& parentibus inter liberos palam hæres nuncupare-
tur, derisores uocabat, quòd post nuncupationem ui-
uere perseverarent, & multis uenenatas mactas mi-
sit. Cognoscebat aut de talibus causis, taxato prius
modo summe, ad quem conficiendum consideret, con-
fecto demum excitabatur. Ac ne paululum quidem
mora patiens, super X L. reos quondam ex diuersis
criminibus una sententia condemnauit, gloriatusq; esse
expergefactæ summo Cæsoniæ, quantum egisset, dum
ea meridiaret. Auctiōne proposita, reliqui as omnium
spectaculorum subiecit, & uenditauit, exquirens per
se pretia, & usque cō extendens, ut quidam immenso
coacti quedam emere, ac bonis exuti uenas sibi inci-
derent. Nota res est, Aponio Saturnino inter subsel-
lia dormitante, monitum à Caio præconem, ne præ-
rium uirum crebro capitis motu nutantem sibi præ-
teriret: nec licendi finem factum, quòd ad XIII. gla-
diatores H. S. nonagies ignorantí addicerentur,

Mactas.) Magni precijs obsonia sunt, in quo ge-
nere eduliorum uenenum potest facilius dari.

Turpia eius lucra. CAP. XXXIX.

IN Gallia quoq; cùm damnatarum sororum orna=
menta, & supellec̄tilem et seruos, atq; etiam libe=
ros, immēsis pretijs uendidisset, inuitatus lucro, quic=
quid instrumenti ueteris aule erat, ab urbe repetijs,
comprehensis ad deportandum meritorijs quoq; ue=br=

hiculis, & pristinenibus iumentis, adeò, ut & panis
Romæ sepè deficeret, et litigatorum pleriq; quòd oc=currere absentes ad uadimonium non possent, causa
caderent. Cui instrumēto distrahendo nihil non frau=dis, ac lenocinijs adhibuit: modò auaritiae singulos in=crepans, & quòd non puderet, eos locupletiores esse,
quam se:modò pœnitentiam simulans, quòd principa=lium rerū priuatis copiam facret. Compererat pro=uincialem locupletem ducenta H. S. numerasse uoca=toribus, ut per fallaciam conuiuo interponeretur,
nec tulerat molestè tam magno æstimari honorē coe=nā suæ. Huic postero die sedēti in auctiōne misit, quē
nescio quid friuoli ducentis millib⁹ traderet, dice=retq; cenaturum apud Cæsarem uocatu ipsius.

Vadimonium. Et promissio ad diem iudicij certū
ueniendi, quod deferere per leges nō cōcedebatur.

Noua uestigalia, Tribuni & sordidi quæstus.

CAP. XL.

Vestigalia noua, atq; inaudita primū per pub=licanos, deinde, quia lucrū exuberabat, per cē=turiones, Tribunosq; prætorianos exercuit, nullo re-

rum aut hominum genere omisso, cui non tributi alii
quid imponeret. Pro edulijs, quæ tota urbe uenirent,

certum statumq; exigebatur. Pro litibus, atq; iudicijs
+ Vbi cūq; t ubiq; conceptis, quadragesima * summe, de qua
sine uerbo. pubiuis. litigaretur: nec sine poena, si quis composuisse, uel do-
* Quadra- naſe negotium conuinceretur. Ex gerulorum diur-
geſtina. s. nis quæſib; pars octaua, ex capturis prostitutarum
pars.

Meretri- quantum quæq; uno concubitu mereret. Additumq;
cium pro ad caput legis, ut tenerentur publico, & que mere-
quæſtu me tricium, * quæ'ue lenocinium fecissent, nec non et ma-
terricio. trimonia obnoxia effent.
+ Al. qui.

Item de eodem. CAP. XLI.

Huiusmodi uestigialibus indictis, neq; proposi-
tis, cū per ignorantiam scripturæ multa com-
missa fierent, tandem flagitante Po. Ro. proposuit qui-
dem legem, sed & minutissimis literis, & angustissi-
mo loco, uti ne cui describere liceret. Ac ne quod non
manubiarum genus experiretur, lupanar in palatio
coſtituit, distinctisq; et instructis pro loci dignitate
coſpluribus cellis, in qbus matronæ ingenuiſq; starent.
Misit circū forā & basilicas nomenclatores ad ini-
tandos in libidinē iuuenes, senesq; præbita aduenien-
tibus pecunia scenebris, appositiq; qnoia palam sub-
notarent, quasi adiuuātium Cæsaris redditus. Ac ne ex
lusu quidem aleæ coſpendium spernens, plus mēdacio
atq; etiam periurio lucrabatur. Et quandam proximo

collis

collusori, demandata uice sua, progressus in atrium domus, cùm prætercūtes duos equites Ro. locupletes sine mora corripi, confiscariq; iussisst, exultans rediit, gloriansq; nunquam se prospere aleda usum.

Nomenclatores.) Erat qui nominatim vocabā ad aliquam rem, hinc nomenclatura dicitur.

Fœnebris.) Pecunia est ad fœnus concedita, que per usuram augetur.

Dos pronata filia, & strenæ per eum petite

ac receptæ. CAP. XLII.

Filia uero nata paupertate, nec iam imperatoria modo, sed & patria conquerens onera, collationes in alimoniam, atq; dotē puellæ recepit. Edixit & strenas incunte anno se recepturon, stetitq; in uestibulo ædiū Calend. Ianuarijs ad captādas stipes, quas plenis ante eum manibus, ac sinu, omnis generis turba fundebat. Noaſſimè cōrectandæ pecuniae cupidi ne incensus, ſcpè super immensos aureorum aceruos patentissimo diuifos loco, & nudis pedibus ſpatiatuſ, & toto corpore aliquandiu uolutatus est.

Expeditione eius germanica. CAP. XLIII. Ex desti-

Militiam, resq; bellicas semel attigit, neq; ex nato, ex destinato, sed cùm ad uisendum nemus, flu- menq; Clitunni Meuaniam processisset, admonitus fu- de supplendo numero Batauorum, quos circa ſe habe- bat, expeditionis Germanicæ impetum cepit, neq; di- ſtulit, sed legionibus, & auxilijs undiq; excitis, de- lectibus

+ Al. quān
tos.
lectibus undiq; acerbissimè actis, cōtracto et omnis
generis commēatu + quantum nūquām antē, iter in-
gressus est: confecitq; modò tam festinanter, & rā-
pidè ut prætorianæ cohortes contra morem signa in-
mentis imponere, & ita subsequi cogerentur: inter-
dum adeò segniter & delicate, ut octophoro uehene-
tur, atq; à propinquarum urbium plebe uerri sibi ui-
as, & conspergi propter pulucrem exigeret.

Octophoro.) ὀκτώποδος est lecticae uel uehiculi spe-
cies, qualis est in gbus ægroti portatur. Est autē hic
nota insignis hois int̄peries, qui in eodē itinere iā
ita p̄perauit, ita rufus cessauit, nulla urgēte causa.

Gesta per eum in castris. CAP. XLIII.

Postquam castra attigit, ut se acrem & seuerum
ducem ostenderet, legatos, qui auxilia serius ex-
diuersis locis adduxerant, cum ignominia dimisit. At
in exercitu recensendo, plerisq; centurionum matu-
ris iā & nonnullis ante paucissimos, q̄ consummati
essent dies, primos pilos ademit, causatus senium cu-
iusq; & imbecillitatem: ceterorum increpita cupidi-
tate, com nodā emeritæ militiæ ad sexcentorum mil-
lium summam recidit. Nihil aut̄ amplius, quam Admi-
mocino Bellini Batauorum regis filio, qui pulsus à pa-
tre, cū exigua manu transfugerat, in deditiōnem re-
cepto, quasi uniuersa tradita insula, magnificas Ro-
manam literas misit, monitis s̄p̄e latoribus, ut uehiculo
ad forum usq; & curiam pertenderet, nec nisi in ade-

Martis,

Martis, ac frequente Senatu, C O S S. traderent.

Consummaturi essent dies.) Hoc est, expleturi es
sent tempus tuorum officiorum & dignitatum.

Sylua per eum truncata, & milites per eum præmijs
donati, & alia gesta eius. C A P. X L V.

Mox deficiente belli materia, paucos de cu-
stodia Germanos traxi, occuliq; trans Rhe-
num iussit, ac sibi post prandium, quām tumultuosiſi-
mè adesse hostē nuntiari. Quo facto, proripuit se cū
amicis, & parte equitū prætorianorum in proximā
syluan, truncatisq; + arboribus, & in modum tro- ^{† Al. ne-}
phæorian adornatis ad lumina reuersus, corum qui-
dem, qui secuti non essent, timiditatem & ignauiam
corripuit: comites aut & participes uictoriae, nouo
genere ac nomine coronarū donauit, quas distinctas
solis, ac lunæ, syderumq; specie, exploratoria appelle-
lavit. Rursus obsides quosdam abductos è literario
ludo, clamq; præmissos, deserto repente cōiuicio, cum
equitatu insectus, ueluti profugos ac reprimens in
catenis reduxit, in hoc quoque nimio præter modum
intemperans. Repetita cena renunciantes coactum
agmen, sicut erant, loricatos ad discubendū adhor-
tatus est. Monuit etiam notissimo Vergiliū uersu Du
rarent, secundisq; se rebus seruarent. Atq; inter hæc
absentem & enatum, populumq; grauiſſimo obiurgā-
uit edicto, quod Cæſare præliante, & tantis crimi-
bus

284 C. SVETONII TRANQ.
bus obiecto, intempestiuia conuicia, circum, & thea-
tra, & amoenos secessus celebrarent.

Trophæorum, τρόπαιον ab hostibus insugam cō-
uersis dictum est, qui enim fugārat hostem, illi sta-
tuebatur trophæum.

Amenos secessus. Id est, lucos, fontes, hortos,
flumina, quibus rebus antiquitas magis oblectata
est quam illa alia re.

Apparatus exercitus eius contra Oceanum, &
alia eius gesta. CAP. XLVI.

Postremò, quasi perpetratus bellum, directa
acie in littore Oceani, ac balistis, machinisq; di-
Gnarus, ppositis, nemine gnaro, ac opinante quidnam cœptu-
& conscio. rus esset, repente ut conchas legerent, galeasq; & sia-
nus implerent, imperauit, spolia Oceani uocans Cap-
itolio, Palatioq; debita. Et indictum uictorie altissi-
mam turrem excitauit; ex qua, ut ex Pharo, noctibus
ad regendos nauium cursus, ignes emicarent, pro-
excitare turrim, pro erige nunciatoq; militi donatiuo, ceteris uiritim denariis,
turri. quasi omne exemplum liberalitatis supergressus: A-
bite, inquit, leti, abite locupletes.

Cura triumphi, & alia eius gesta.

CAP. XLVII.

Conuersus hinc ad curā triumphi, præter capti-
uos, & transfugas barbaros, Galliarum quoq;
procerissimum quenq; & ut ipse dicebat, οχισταί μά-
ετον, ac nonnullos ex principibus legit, ac seposuit
ad pompam: coegeritq; non tantū rutilare, & submit-
tere

tere comam, sed & sermonem Germanicum addisse
re, & nomina barbarica ferre. Praecepit etiam trire-
mes, quibus introierat Oceanum, magna ex parte iti-
nere terrestri Romanam deuchi. Scripsit & procura-
toribus, triumphum appararent quam minima sum-
ma, sed quantus nunquam alius fuisse, quando in om-
nium hominum bona ius haberent.

(ēglaθpia μετατρ.) Hoc est, dignissimum in triumpho,
nam ἔξ οὐ dignus, τριώ μετρ. triumphus est, Ita pce-
ritatem statuere putauit maxime decorare triūphū.

Nepharium consilium trucidandi legiones.

CAP. XLVIII.

Priuīq; prouincia decederet, consilium iniijt ne-
fandæ atrocitatis, legiones, que post excessum
Augusti seditionē olim mouerant, cōtrucidandi, q; et
patrem suū Germanicum ducē, & se infantē tunc ob-
sedissent. Vixq; à tam præcipiti cogitatione reuoca-
tus, inhiberi nullo potuit modo, qn decimare uelle per
seueraret. Vocatos itaq; ad concionem inermes, atq; Circunse-
etiam gladijs dispositis, equitatu armato circunsedit, dit, pro
sed cùm uideret suspectare, plerosq; dilabi ad resu-
meda. si qua uis fieret, arma, profugit & cōcione, conse-
stümq; urbē petiijt, deflexa omni acerbitate in Senatū cundedit.
cui & animaduertēdos tantorū dedecorū rumores pa-
lām minabatur, querens inter cætera fraudatū se iu-
sto triumpho, cùm ipse paulò ante, ne quid de honori
bus suis ageretur, etiā sub mortis poena denunciasset.

Redi-

Reditus eius ad urbem, malum eius propositum, &
uenena reperta. C A P. XLIX.

ADitus ergo in itinere à legatis amplissimi ordinis, ut maturaret, orantibus quam maxima uoce: ueniam, inquit, ueniam, & hic mecum (capulum gladij crebro uerberans, quo cinctus erat) Edixit, & reuerti se, sed ijs tantum, qui optarent equestri ordini & populo. Nam se neque ciuem, neque principem Senatui amplius fore. Vtuit etiam quinq; Senatorum sibi occurrere, atq; omisso, uel dilato triumpho, ouas urbem natali suo ingressus est. Intrag; quartum uensem perijt, ingentia facinora ausus, & aliquando narriora moliens. Siquidem proposuerat Antium, deinde Alexandriam commigrare, interempto prius utriusque ordinis electissimo quoq;. Quod ne cui dubium uideatur, in secretis eius reperti sunt duo libelli diverso titulo, alteri gladius, alteri pugio index erat. Ambo notas & nomina continebant morti destinorum. Inuenta & arca ingens, uariorum uenenorum plena: quibus mox à Claudio demersis, infecta maria traduntur, non sine piscium exitio, quos enectos aestus in proxima littora eiecit.

Statura corporis eius ac ualeudo. C A P. L.

STatura fuit eminenti, pallido colore, corpore enormi, gracilitate maxima cervicis & crurum, & oculis, & temporibus concavis, frōte lata & toro.

ua, capillo raro, ac circa uerticem nullo, hyrsulus cæ-
tera. Quare transeunte eo, prospicere ex superiore
parte, ut omnino quacunque de causa capram nomi-
nare, criminosum & exitiale habebatur. Vultum ue-
rò natura horridum, ac teturum etiam ex industria
efferebat, componens ad speculum in omnem terro-
rem ac formidinem. Valetudo ei neq; corporis, neq;
animi cōstitit. Puer comitali morbo uexatus; in ado-
lescentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnun-
quam subita deuexione ingredi, stare, colligere semet
ac sufferre uix posset. Mētis ualeitudinem et ipse sen-
serat, ac subinde de secessu, deq; purgando cerebro
cogitauit. Creditur potionatus à Cesonia uxore amas Potiona-
torio quidem medicamento, sed quod in furorem uer tus, uene-
terit. Incitabatur in somnio maximè; neq; enim plus, no affe-
ctus.
quām tribus nocturnis horis quiescebat: ac ne his qui-
dem placida quiete, sed pauida miris rerum imagini-
bus, ut qui inter cæteras, pelagi quondam speciem col-
loquentem secum uidere uisus sit. Ideoq; magna pars
te noctis, uigilie, cubandiq; tedium, nunc thoro resi-
dens, nunc per longissimas porticus uagus, inuocare
identidem atque expectare lucē consueverat.

Enormi. Id est, maiore iusta magnitudine uiri,
Quodq; excessit mensuram & normā. Græci uocant
μέτρον.

Valetudo mentis & contemptus deorum, aliaq;
eius gesta. CAP. LI.

T Non

Non immerito mentis ualeitudini attribuerimus diuersissima in eodē uitia, summam confidemtiam, et cōtrā nimū metum. Nam qui deos tātopere conteneret, ad minima tonitrua, et fulgura cōniuere, caput obuoluere, ad uero maiora proripere se ē strato, sub lectumq; condere solebat. Peregrinatione quā dē Siciliensi, irrisis multorū locorū miraculis, repente à Messana noctu profugit, Aetnei uerticis fumo, ac murmure pauefactus. Aduersus Barbaros quoq; minacissimus. Cum trans Rhēnū inter augustias, densumq; agmen iter effego faceret, dicente quodā, non mediocrē fore consternationem, sicunde hostis apparet, equū ilicō concendit, ac properē uersus ad portas, ut eos colonibus, et impedimētis stipatos reperit, impatiens moræ, per manus ac super capita hominum translatus est. Mox etiā audita rebellione Germaniae, fugam, & subsidia fugae classes apparabat, uno solatio acquiescens, transmarinas sibi superfuturas prouincias, si uictores Alpium iuga, ut Cimbri, uel etiam urbem, ut Senones quondam occuparent; unde credo percussoribus eius postea consilium natum, apud tumultuantes milites ementiendi ipsum sibi manus intulisse, nuncio malae pugnae perterritum. Vester, cāterijs eius habitus.

CAP. LII.

Vestitu, calceatuq; & cātero habitu, neque partio, neq; ciuili, ac ne uirili quidē, ac deniq; nō humas;

Humano semper usus est. Sæpe depictas, gemmatasq;
indutus penulas, manuleatus & armillatus in publi-
cum processit, aliquando sericatus & cycladatus: ac
modò in crepidis, vel cothurnis, modò in speculato-
ria caliga, nonnunquā socco muliebri plerunt; uero
aurea barba fulmen tenens, ac fuscinam, aut cadiceū
deorum insignia, atq; etiam Veneris cultu conspectus
est. Triumphalem quidem ornatum etiam ante expe-
ditionem assiduè gestauit: interdum et Magni Alexo-
tri thoracem repetitum è conditorio eius.

Manuleatus.) Hoc est, uestibus manus totas te-
gentibus indutus, quod uitio dabatur, est enim sig-
num ignauia manibus non posse uti.

Armillatus.) Id est, Armillis, hoc est militaribus
ornamentis & torquibus ornatus.

Cycladatus.) κυκλᾶς est muliebre uestimentum
rotundum, quæ totâ muliere m circundat, à κυκλῶ
circundo nominatum.

Eloquentia eius, & ars oratoria. C A P. L I I I .

E Disciplinis liberalibus minimum eruditioni, e-
loquentiae plurimū attendit, qua utrumque facun-
dus, & peromptus: utiq; si perorandum in aliquem es-
set, irato & uerba, et sententiae suppeditabant. Pronun-
ciatio quoq; et uox, ut neq; eodē loci præ ardore cōsi-
stet, & exaudiretur à procul statibus. Peroraturus
stricturum se lucubrationis suæ telum minabatur. Le-
nius comptiusq; scribendi genus adeò contemnens,
ut Senecam tum maxime placentem, commissiones

Eodem lo-
ci, pro eo-
dem loco.

meras componere, & arenam esse sine calce diceret.
Solebat etiam prosperris oratorum actionibus rescri-
bere, & magnorum in Senatu reorum accusationes
defensionesq; meditari. Ac (prout stylus cesserat) uel
onerare sententia sua quenque, uel subleuare, eque-
stri quoq; ordine ad audiendum invitato per edicta.

Eiusdem cantandi ars, saltandi atq; augurandi.

CAP. LIII.

Sed & aliorum generum artes studiosissime, &
diuersissimas exercuit. Thrax & auriga, idem
cantor atque saltator batuebat pugnatorijs armis.
Aurigabat extracto plurifariam circo. Canendi ac
saltandi uoluptate ita efferebatur, ut ne publicis qui-
dem spectaculis temperaret, quo minus & tragedo
pronuntianti concineret, & gestum histrionis quasi
laudans uel corrigens palam effingeret. Nec alia de
causa uideretur eo die, quo periit, priuilegium indis-
cissem, quam ut initium in coenam prodeundi licentia
temporis auspicarebatur. Saltabat autem nonnunquam
etiam noctu. Et quandam tres consulares secunda ui-
gilia in palatium accitos, multaque & extrema metu-
entes super pulpitum collocauit. Dinde repente mag-
no tibiarium & scabellorum crepitu, cum palla tuni-
caq; talari profiluit, ac desaltato cantico abiit. Atq;
hic tam docilis ad cetera, natare nesciit.

Palla. Femina est uestis longa & honesta.

studiorum

Studium eius & favor ad plaudentes, & odium
ad impedientes. CAP. LV.

Quorum uero studio teneretur, omnibus ad in-
uiniam fuit. M. Nestorem Pantomimaum
etiam inter spectacula osculabatur: ac si quis saltante
eo uel leuiter obstreperet, detrahi iussum manu sua
flagellabat. Equiti Romano tumultuanti, per centu-
rionem denuntiauit, ut abiret sine mora Hostiam,
perficeret; ad Ptolemeum regem in Mauritaniam
eodicilos suos. Quorum exemplum erat: Ei, quem
istuc misi, neque boni quicquam, neque mali feceris.
Thraces quoſdā Germanis corporis custodibus pre-
posuit. Mirmillonum armaturas rescidit. Columbo
uictori, leuiter tamen saucio uenenum in plagam ad-
didit, quod ex ea Columbinum appellauit. Sic certe
inter alia uenena scriptum ab eo repertum est. Pra-
finae factio ita additus & deditus, ut coenaret in
stabulo assidue, & maneret. Agitatori † Cythico co-
messatione quadam in apophoretis uicies H.S. contumico.
lit. incitato equo, cuius causa pridie Circenses, ne in-
quietaretur, uicini & silentium per milites indicere so-
lebat, præter equile marmorean, & præsepe ebur-
neum, præteriq; purpurea tegumenta, ac monile è gem-
mis, domum etiam & familiam, & supellectilem de-
dit, quoſlautius nomine eius inuitati, acciperentur, co-
sulatum quoque traditur destinasse.

+ AL. EUA
thico.

In apophoretis. ἡ πορόπορη μάνος εστι, ουδεὶς δέ
μάζειν festis quibusdā datum est, & hodie inuicem
quibusdā temporibus mittunt mutua apophoreta.

Coniuratio & conspiratio contra eum facta.

CAP. LVI.

+ Al. consilium. Ta bacchantem atq[ue] grassantē, nō defuit pleriq[ue] animus adoriri. Sed una et altera cōspiratione detecta, alijs per inopiam occasionis cunctantibus, duo consilium communi cauerunt, perficeruntq[ue], non sine conscientia potētissimorum libertorum, præfectorumq[ue] prætorij, quod ipsi quoq[ue] et si falso in quadam coniuratione, quasi participes nominati, suspeccatos tamē se et inuisos sentiebant. Nā et statim seductis magnā scit inuidiā, districto gladio affirmans sponte se periturum, si et illis morte dignus uideretur; nec cessauit ex eo criminari alterum alteri, atque inter se omnes committere. Cumq[ue] placuisset Palatini ludis spectaculo egressum meridie aggredi, primas sibi partes Cassius Chærea tribunus cohortis prætoriae depoposcit, quem Caius seniorem iam et mollem, et effeminatedum denotare omni probro consuerat; et modò signum petenti, Priapum aut Venerem dare, modò ex aliqua causa agenti gratias, osculandam manum offerre formatam, commotamq[ue] in obscenum modum. Prodigia futura cædis eius.

CAP. LVII.

Futuræ cædis multa prodigia extiterunt: Olympie simulachrum Iouis, quod dissolui, trans ferrigè Romanæ

Romam placuerat, tantum cahinnum repente edidit, ut machinis labefactis opifices, diffugerint. Superuenitque illico quidam Cassius quoque nomine, iussum se somnio affirmans immolare taurum Ioui. Capitolium Caput Idibus Martiis de caelo tactum est: item Roma cella palatina atriensis. Nec defuerunt qui coniecerant altero ostento periculum a custodibus domino portendi: altero, cedem rursus insignem, qualis eodem die facta quondam fuisset. Consulenti quoque de genitura sua, Sulla mathematicus certissimam necem appropinquare affirmauit. Monuerunt et sortes Antiatiæ, ut a Cassio caueret. Qua causa ille Cassiun Longinum Asia tum proconsulem occidendum delegauerat, immemor Chæream Cassium nominari. Pridie quam periret, somniauit consistere se in caelo iuxta solium Iouis, impulsuque ab eo dextri pedis pollice, et in terras precipitatum. Prodigiorum loco habita sunt etiam, que forte illo ipso die paulo prius acciderant. Sacrificans respersus est phœnicopteri sanguine. Et pantominus M. Nestor tragediam saltauit, quam olim Neoptolemus tragedus, ludis quibus rex Macedonum Philippus occisus est, egerat. Et cum in Latre calo mimo, in quo actor proriens se, ruina sanguinem uomuit, ut plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruento scena abundauit. Parabatur et in noctem spectaculum, quo argumenta inf-

torum per Aegyptios & Aethiopes explicarentur.
Cedes & mors eius. CAP. LVIII.

Nono calendas Februarias, hora quasi septima
cunct atus an ad prandium surgeret, marces-
cente adhuc stomacho pridiani cibi onere, tādem sua
dentibus amicis egressus est. Cum in crypta, per quā
transeundum erat, pueri nobiles ex Asia ad edendas
in scena operas euocati præparentur, ut eos inspi-
ceret, hortareturq; restitit. Ac nisi princeps gregis
Rer. præ- algere se diceret, redire ac representare spectaculum
senare, p uoluit. Duplex dehinc fama est: alij tradunt alloquen-
tibus ex- ti pueros à tergo Chereā ceruicem gladio cæsim gra-
libere. uiter percussisse, præmissa uoce: Hoc age. Dehinc Cor-
neliū Sabinum alterū è coniuratis Tribunum ex ad-
uerso traieisse pectus: alij Sabinum, submota per cō-
scios centuriones turba, signum more militie petisse,
& Caio Iouem dante Chereā exclamasse: Accipe ra-
tam: re spicientiq; maxillam ictu discidisse. Iacentem
contractisq; membris clamitatem se uiuere, cæteri
vulnibus. XX. confecerunt. Nam signum erat
omnium. Repete. Quidam etiam per obscoena fer-
rum adegerunt. Ad primum tumultum lecticarij cum
asseribus in auxilium accurrerunt. Mox Germani
corporis custodes, ac nonnullos ex percussoribus quos-
dam etiam Senatores innoxios interemerunt.

Crypta. ἡ κρύπτη ἢ κρύπτω, id est, occulto, cœua sub
terra est.

Lectio

Lecticarij.) Lecticarius qui lecticam fert, & furent qui illum ferebant in lectica.

Funus Caij, & mors uxoris & filie eius.

CAP. LIX.

Vixit annis uiginti nouem, imperauit triennio, et decec mensibus, diebusq; octo. Cadauer eius clam in hortos Lamianos asportatum, & tumultuasrio rogo semiambustum leui cespite obrutum est. Postea per sorores ab exilio reuersas erutum, crematū sepultumq;. Satis constat prius, quād id fieret, hortorum custodes umbris quietatos. In ea quoq; domo, in qua occubuerit nullam noctem sine aliquo terrore transactam, donec ipsa domus incendio consumpta sit. Periit unā & uxor Cesonia, gladio à Centurione confessa, & filia parieti illisa.

Gesta per Senatum post mortem eius.

CAP. LX.

Conditionem temporum illorum etiam per haec estimare quiuis poscit. Nam neque cæde uulgata statim creditum est. Fuit que suspicio ab ipso Caia, famam cædis simulatam & emissam, ut eo pasto erga se hominum mentes deprehenderet. Neque coniurati cuiquam imperium destinauerunt. Et Senatus in asserenda libertate adeò consensit, ut COSS. primo non in curiam, quia Iulia vocabatur, sed in Capitolium conuocarent. Quidam uero senten-

296 C. SVETONII TRAN.

tie loco abolendam Cæsarum memoriam, ac diruenda tempa censuerunt. Observatum autem, notatumq; est in primis Cæsares omnes, quibus Caij prænomen fuit, ferro perisse iam inde ab eo, qui Cimianis temporibus fit occisus.

C. SVETONII TRAN.
QVILLI

D. Claudius Cæsar.

De patre Claudijs & eius gestis.



Senarius
Lambicus.

Is Drusus in quæsture, præturaeq; honore, dux Rhetici, deinde Germanici belli, oceanum septentrionalē primus Romanorum ducum nauigauit: trans Rhenum fossas noui & immensi operis effecit, que nunc adhuc Drusinae uocantur. Hostem etiam frequenter cœsum, ac penitus in intimas solitudines actum, non prius